



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

cliiii. Ad fluxionem quae decidit in pedes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

fatis sit. ammoniacum & thus aceto diluantur; reliqua contendantur, & illis adijciantur; rursus terantur, in globulos conformentur, ad usum seruentur, & tum aceto dissoluantur. Iam verò poros, qui in pedibus nascuntur, semper sanabimus, si eos aqua frigida fouerimus.

Ad fluxionem qua decidit in pedes.

PICEM liquidam, aridam lappam in ollam indito & coquito, inspergito centaarium contusum, vbi subegeris, pedes accipitris linito.

Ad unguis remedium.

SÆPE euenit, vt accipiter pugnans cum satibus unguem aliquem amittat; & maxime cum unguis, quos defixit in hostilem auem vehementi vi à pugna recedere conantem non remittit ipse. ita euictus consumitur potius, & unguem amittit, viribus non valens illum extrahere. Hoc modo curabis. Excisum unguem oblines ferri recremento quâ minutissime contrito, cuius puluerem venator semper habeat oportet. Excisus unguis inducendus, commode ligandus pulchre conglutinabitur, nec ita multo post vi pharmaci per septem dies ligatus diligenter habendus. Quod si inflam-